

*Jura, & una monita, nec transportante sua, Judex judicat ex Juribus alterius partis transportatis.*

38 De Jure Canonico instantia est perpetua, unde facta commissione, pars tacendo, non est negligens.

39 Trid. sess. 24. c. 20. de reform., non præfigit

## ARTICULUS IV.

### De Negligentia Appellantium.

**O**ntingit non raro, ut qui succubuit in Judicio appellet, negligat tamen appellationem prosequi, vel quia de suo Jure diffidat, vel ut Victorem Incommodis, & expensis litis, fatiget, hinc est, quod D. Bernardus lib. 3. de consideratione cap. 4. de appellatione loquens, ait, quod sæpe hoc antidotum oppressorum, vertitur in venenum, & fit suffragium opprimentium, quod debet esse refugium, sicque appellatio, quæ inventa est, in levamen oppressorum, fit remedium malignantium, l. 1. ff. de appellat. c. cum Speciali, §. porro de appellat., & prosequitur D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 3. in corpore, de qua negligentia agimus, & nos in præfenti.

2 Potest autem in hac materia, incurri negligentia, pluribus modis, & ex pluribus capitibus; primo non appellando in termino; secundo non recurrendo pro apostolis, pariter in termino; tertio non curando causam committi in termino; quarto commissam causam non prosequendo.

3 Primo ergo capite, negligens dicitur, qui non appellat in termino à Jure communi, vel à Statuto, determinato, nam ex Statuto Ferrariæ, terminus ad appellandum est dierum quinque, à die sententiæ definitivæ latæ, ut rub. 65. lib. 2., quod & idem disponitur, ab interloquatoria vim definitivæ habente, qui terminus incipit currere à die scientiæ, Cerro decis. 140. num. 12, & 13, decis. 526. num. 4. Ubi id verum, si citatio fuit exequuta domi, alias si personaliter, tunc incipit currere, à die latæ sententiæ, ad in l. Judicibus 24. C. de appellat., quod tempus est continuum; Ab interloquatoria verò, non habente vim definitivæ ex eo-

*instantiam causæ, sed liberum est partibus prosequi causam, etiam elapso biennio.*

40 Si verò pars appellans, per longissimum, temporis, cursum negligat causam prosequi, adhuc censetur deserta, & longissimum tempus, in hoc casu, censetur cursus 30. annorum n. 42.

dem Statuto, terminus est duorum dierum Qui ergo in præstituto termino, non appellaverit, negligens, dicitur, & effectus hujus negligentia est, ut Sententia lata firma maneat, Pigant. ad dictam rub. 65. nu. 26. ubi num. 38., quod appellans ab interloquatoria, debeat statim, vel saltem sequenti die, prosequi causam, & petitionem producere, quod si negligat, intelligitur appellationi renuntiatum, & sententia firma manet, ubi num. 39. ex eodem Statuto notat, quod appellatione deserta, non remanet causa nullitatis, quod de Jure communi, non sequeretur; Limita hoc dictum de Jure communi, si nullitas deducta fuit in iudicio, incidenter, & accessorie ad appellationem, per viam tamen actionis, tunc quia Instantia nullitatis est eadem, ac instantia appellationis, ideò deserta causa appellationis, fit etiam deserta causa nullitatis, Ridulf. in praxi Judic. p. 1. c. 13. num. 274., & num. 40. Pigant., quod huiusmodi petitio, & prosequutio intimari debet parti, hora saltè sequenti non feriata, alias appellatio habetur pro deserta, quia paria sunt, non appellare, vel non prosequi appellationem, debito modo, l. finali §. illud, ubi glos. C. de tempor. appellat.

4 Ex eodem Statuto rub. 70. Si procurator, fuerit negligens in appellando, indulgetur domino, adhuc posse appellare, in termino à die scientiæ, quæ indulgentia operatur, ut negligentia Procuratoris, non noceat principali, sicuti attentio Jure communi, noceret, l. 1. §. fin. ff. quando appell. fit Pigant ad dictam rub. 70. num. 1. ubi num. 10. quod hoc beneficio, non gaudent forenses, quia Statutum est decisorium.

5 In compromissis verò voluntarie factis, præter

præter formam statuti reclamans, vel reductionem petens, ex eodem Statuto Ferrariæ, habet terminum decem dierum, à die lati laudi, ejusque scientiæ, numerandorum; quare si negligat infra id tempus reclamare, amplius non audiat, sed laudum executioni demandatur, quod habet locum etiam in nullitatis dictione, ex notatis per Pigant ad Rubr. 65. num. 75.

6 De Jure autem communi, terminus ad appellandum, est decem dierum, Auth. bodie C. de Appellat. c. Anteriorum 2. q. 6., c. cum dilectus in fine de elect., c. quoad consultationem de Sent., & re judic., c. concertationi de appellat. in 6., qui enim potest Juris remediis oportunis aliquid consequi, eisque non utitur, ac tempus labi permittit, negligens est, c. licet Episcopus de præb. in 6., Riminald. Junior. consil. 48. num. 11., qui terminus, incipit currere à die scientiæ latæ sententiæ, Coccin. decis. 356. num. 1., & 2. Otobon. decis. 170. num. 14. 15., latè Antonell. de tempore legali lib. 4. cap. 23. num. 4, glos. in c. Concertationi supracit. in V., & intelligendo, sciverit non solum actum illum factum (nempe Sententiam emanasse) sed per illum se gravatum, ex qua glos. Barbosa ibid. colligit, quod ubi agitur, de aliquo gravi præjudicio, non sufficit alicujus facti, qualecumque scientiam habere, nisi habeatur, etiam scientia qualitatum, & circumstantiarum ejusdem, ut per Tiracuell. de retractu lignager §. 36. glos. 2. num. 3., & seqq., Bertazzol. consil. 357. num. 40., & 46., Tuscb. V. Scientia concl. 66. à nu. 1., & seqq., Seraphin. de Privileg. Juram. privil. 4. num. 143., & seqq., qua scientia deficiente, non fit negligens, qui non appellat, Coccin. decis. 2088. num. 48. 50.

7 Limita tamen, nisi ignorare sententiam latam, cum suis qualitatibus, proveniret ex culpabili negligentia, quia tunc ignorantia, à negligentia in non appellando, non excusaret, Scaccia de appellat. q. 12. num. 10.

8 Tactum est supra, quod de Jure communi, negligentia procuratoris, in non appellando, noceat principali, qui debet sibi imputare, si procuratorem negligentem constituerit; quod procedit, quando Procurator est solvendo, nam tunc principalis, potest agere contra Procuratorem, ut sublevetur ab huiusmodi præjudicio; secus si non esset solvendo, quia tunc Principalis,

poterit appellare, intra decem dies, à die scientiæ ex allegatis per Antonell. de tempore legali lib. 4. c. 23. num. 12.

9 Amplia etiam, si sententia esset conditionalis, ut (nisi infra tres solveret), quia tunc incipit currere tempus, à die latæ sententiæ, non verò expectatur, conditionis implementum, l. 1. §. biduum ff. quando Appell. fit., c. Biduum 2. q. 6., Antonell. de tempore legali lib. 4. c. 23. num. 2.

10 Limita regulam positam, in impedito, cui non currit tempus appellandi (ut diximus in principio hujus tractatus de negligentia in communi) quod scilicet non potens agere, non dicitur negligens. Paris. de resignat. lib. 11. q. 13. num. 13., dummodò tamen non possit impedimentum submovere, quia si potest, & non tollat, adhuc negligens est, Scaccia de appellat. q. 15. num. 34., & latius probavimus in prima parte; Impedimentum autem allegans, cum sit quid facti, non præsumitur, sed tenetur illud probare. Joseph Ludovici decis. Perusin. 36., alique allegati per Barbosam, in c. cum sit Romana num. 7. de Appellat.

11 Ex peculiari, locorum, statuto, alii constituuntur termini ad appellandum, ut memorat, Scaccia de appellat. q. 12. sub num. 4., ut in foro Capitolino, octo dierum, in Gallia, illicò sit appellandum &c., unde ad effectum incurrendi negligentia notam, termini locorum, sunt attendendi.

12 Ex secundo capite incurritur negligentia, si postquam quis appellaverit, non redierit in termino, pro apostolis, idest pro obtinendis litteris dimissorialibus, seu renunciatoriis, quibus Judex à quo, nuntiat judici ad quem, se detulisse, vel non, appellationi, Gregor. decis. 573. num. 1., ubi addent. num. 12. 13. decis. 420. num. 2. part. 2., & decis. 526. nu. 1. part. 18. recent., multiplices autem sunt apostoli, de quibus Scaccia de appellat. lib. 2. q. 13. art. 1., appellans ergo debet redire, pro apostolis reportandis in termino juris, qui est 30. dierum, tex. in c. Ab eo de Appellat. in 6., & sunt necessariò petendi, quia sunt pars appellationis, Scaccia de appellat. dicta q. 13. art. 3., alias non redeundo, censetur renuntiasse appellationi, quæ renuntiatio effectus est negligentia, ex eod. c. Ab eo de appellat. in 6., Otobon. decis. 23. num. 1., decis. 40. num. 1., decis. 94. num. 1., Ubi quod iste terminus

- 12 nus currit etiam Apostolica Sede vacante, si coram Auditore cameræ actitetur, ex quo iurisdicção ejusdem, non cessat Sede vacante; in causis verò vertentibus in Rota, tempus Sedis Vacantis subducitur; conjunguntur tamen tempora, seu dies, qui lapsi sunt, ante Sedem Vacantem cum iis, qui currunt immediatè, post Sedem plenam, ad integrandum terminum.
30. dierum, quo integrato, appellatio dicitur deserta; *Ottobon. decis. 23. num. 2. 3.*
- 13 Dixi (si non redierit in termino pro Apostolis) quia non est necessarium, petere in ipso actu appellationis, sibi responderi pro Apostolis, undè dūmodò redeat in termino triginta dierum, non notatur negligentia, *Cerro decis. 251. num. 4.* ex pluribus ibidem allegatis. Per talem ergo negligentiam, præsumitur renuntiasse appellationi, quæ præsumptio, est Juris, & de Jure, ut nequeat probari in contrarium, *Scaccia d. art. 3. sub num. 24.*, ex quo appellatio effecta est deserta; vel habetur tamquam non appellatum, & jus parti sit quæsitum, in re iudicata.
- 14 Quod diximus petendos esse Apostolos in termino limitato, *Scaccia d. art. 3. num. 31.*, quando appellatur in absentia Judicis, quia tunc, non ad necessitatem, sed ad cautelam petuntur, & latius probaverat q. 6. 11. 25. 26.; quia absente Jure, appellans, coram probis viris, & Notario, ab hoc recipit instrumentum testificans, de interposita appellatione, nec aliud requiritur.
- 15 In casu autem quò appellans tenetur redire pro Apostolis, Judex tenetur infra triginta dies, respondere pro Apostolis, aliàs & ipse incurreret notam negligentiae, & si procederet ad ulteriora, acta sunt nulla; & si appellans non redeat petiturus instanter, instantius, instantissimè sibi responderi pro Apostolis, appellatio evadit deserta, *Scaccia d. q. 13. art. 6. num. 49.*, *Merlin. decis. 175. num. 1.*, quod tamen limitatur primo, nisi in commissione appellationis, fuisset apposita Clausula, quod appellans non teneatur redire pro Apostolis, *Coccin. decis. 1776. nu. 6.*, *Marchesau. de commission. vigore c. oblata cap. 9. num. 11. in fine p. 2. folio mibi 401.*
- 17 Limitatur secundò pariter, si Judex à quo tacitè, vel expressè denegaverit respondere pro Apostolis, *Scaccia d. art. 6. num. 56.*
- 18 57. Limitatur tertio, si Judex loco Apostolorum, prorogaret, vel assignaret novum terminum, Judex quidem sit negligens, appellans verò non tenetur amplius redire pro Apostolis, neque Judex potest ulterius in causa procedere, ne ex sua negligentia commodum reportet, *Scaccia d. q. 13. art. 7. sub num. 58.*
- 19 Contingit etiam negligentia appellantis, in alio casu, si Judex datis Apostolis, præfigat eidem terminum, ad se præsentandum coram Jure, ad quem, & ipse negligeret in termino, se præsentare, *Scaccia d. q. 13. num. 87. art. 10.*, dūmodo terminus sit habilis, & sufficiens, attenta locorum distantia.
- 20 Ex tertio capite, appellans sit negligens, si non curet causam committi in termino, vel à Jure, vel à Jure præfixo; terminus enim à Jure præfixus, potest esse brevior, quam terminus juris, *Coccin. decis. 1988. num. 17.*, vel ex stillo curiæ, qui est decem dierum in curia, *Coccin. decis. 1916. nu. 1.*, terminus autem Juris, olim erat unius anni, & ex causa duorum annorum, c. cum sit Romana, & c. oblata de appellat., hodie autem indiscriminatè, & absolutè est duorum annorum; *Coccin. decis. 2102. nu. 4.*, *Ottobon. decis. 238. num. 6. decis. 234. n. 27.*; biennio ergo elapso, nec procurata commissione per negligentiam, appellatio habetur pro deserta, *Coccin. decis. 1528.*, *Cerro decis. 49. num. 1.*
- 21 Neque per mortem appellantis, interrumpitur cursus fatalium, idest hujus biennii, sed hæredes tenentur causam prosequi, commissionem procurare, alias contra eos Sententia transiret in iudicatum, *Marchesau. de commissis prorogat fatalium q. 3. §. 1. num. 2. & seqq.*, *Scaccia de appellat. q. 15. nu. 6.* ubi num. 13. Si Judex assignavit terminum brevior, termino juris, ille attenditur; eoque elapso, nec appellationem sit profèqutus, appellatio evadit deserta, etiam si nondum lapsus sit terminus juris.
- 22 Limita tamen prædicta in impedito, cui terminus non currit, durante impedimento, quod ipse tollere nequeat (ut supra etiam notatum est) *Scaccia d. tract. q. 14. num. 5. Vers. Nec sufficit*, ubi num. 37., quod evitatur negligentia, si appellans adiverit regentem cancelariæ, & præsentaverit suam instantiam, in termino sibi assignato, etiam si breviori termino Juris,

Coccin.

- Coccin. decis. 1988. num. 17.*, quia per talem diligentiam, appellatio præservatur à desertione, licet commissio non fuerit in termino expedita, quia sibi non imputatur, *Merlin. decis. 833. num. 2.*
- 23 Limita secundò; si pendeat compromissum, quo pendente, non impetrata commissione, non tamen incurritur negligentia, quia expectatur exitus compromissi.
- 24 Limita tertio; si appellans per paupertatem, non potuit in termino agere, & impetrare, commissionem, quia paupertas est impedimentum sufficiens, si sit vera, & tanta, ut revera reddat, appellantem impotentem, ad prosequendam appellationem, *Barbosa in c. cum sit Romana num. 9. de appellat.*, hinc est, quod pauperi, indulgetur secundum fatale §. 1. *Aut. de iis, qui ingrediuntur ad appellandum c. ex ratione de appellat.*, & hoc propter privilegium paupertatis enumerat, *Leoncil. tract. de privileg. pauperum, in V. Appellatio 1. privileg. 25.*, ubi num. 7., quod tunc pauper gaudet hoc privilegio, si protestatus sit, de sua paupertate, nisi sit notoria, quia quæ sunt notoria, protestatione, non indigent, ex allegatis ibid. num. 8. ex c. Manifesta cum seqq. 2. q. 1. c. evidentiæ de accusat., quo casu sufficiet allegare, paupertatem esse impedimentum, ad prosequendam appellationem, ubi tamen nu. 9., quod tunc pauper liber erit, ab onere protestationis, quando hæc requireret aliquam impensam, ad quam Pauper esset impotens, ex eadem ratione, quia est sufficiens impedimentum, & sibi dicitur impossibile, ad quod non tenetur, l. Si quis in gravi ff. ad Syllan. l. impossibile ff. de reg. Jur., c. nemo potest de reg. Jur. in 6.
- 25 Limita quartò; in minore, cui subvenitur adversus lapsum termini, ope restitutionis in integrum, etiam si lapsus termini contigerit ex negligentia, Tutoris, Curatoris, vel Procuratoris, *Barbosa in d. c. cum sit Romana num. 12.*, *Odd. de restit. in integrum q. 88. num. 46.*
- 26 Limita quintò; in casu quo pars allegaret Judicem suspectum, quia tunc Judex, si vellet prosequi Processum, nulliter ageret, dumodò recusans appellaverit ab ulteriori processu, quia tunc non curando causam committi, non est negligens, eo quia non tenetur causam prosequi, *Scaccia de appellat. dicta q. 14. num. 62.*
- 27 Limita sextò; Si Sententia Judicis à quo, fuit injusta, quia cum non transeat in iudicatum, neque appellatio evadit deserta, *Cerro decis. 97. num. 32.*
- 28 Limita septimò; quod per lapsum unius diei ultra terminum, ex æquitate, quam sequitur Rota Romana, appellatio, & causa non evadit deserta, *Merlin. decis. 56. num. 6.*, licet *Marescot. variarum resol. l. 2. c. 74. num. 6.*, hoc intelligat solum, quando dati sunt Apostoli Reverentiales, & appellans non curaverit committi causam, in termino dierum decem, in curia; secus ubi est datus terminus Juris, nec rediit pro Apostolis, & ratio differentiae est, quia dūm habet terminum triginta dierum, & negligit impetrare commissionem causæ, hæc negligentia censetur nimia, etiam si per unicum diem excedat, propter longitudinem termini, ubi terminus dierum decem, in curia est multo brevior.
- 29 Quod si contingat dubitari, an causa sit deserta, tunc Judex, cui commissæ est causa, arbitrabitur, *Cerro decis. 62. num. 6. decis. 278. num. 1.*, & 14., & in dubio causa habetur pro non deserta, *Cavaler. decis. 495. num. 3. 4.*, *Merlin. decis. 56. num. 5. & 10.*, *Menoch. de arbitrar. Judicium c. 204. num. 5.*
- 30 Impetrata commissione, sequitur, ut omnia medio tempore gesta, sint attentata, etiam si actum esset remedio, *legis final. C. de Edicto D. Adr. tol. Cerro decis. 132. n. 1.* intellige dūmodò commissio intra decem dies fuerit præsentata, alias causa evadit deserta, nec fiunt attentata, *Cerro decis. 172. num. 14.*
- 31 Solet quæri, utrum appellatus, possit per suam diligentiam prævenire appellantem, in impetranda commissione, ad *tex. in c. oblata de appellat.*, & concedit Rota coram Merlino *decis. 58. in fine*, distinguuntur tamen à Doctoribus plures casus; primus est, quod in Curia appellatus non coarctatur, *textu in c. oblata*, idè potest statim datis Apostolis, impetrare commissionem, ut testatur *Gravian. discept. for. c. 1. num. 10.*, *Serafin. decis. 455. secundus casus*, si Judex ipse assignaverit terminum, vel appellans sibi terminum præfixisset, quo casu non potest appellatus prævenire, nisi impetrando commissionem, mentionem faceret de hujusmodi termino assignato, vel præfixo, *Scaccia d. q. 14. num. 52.*, alias rescriptum est.

Q

fet